



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio I. An in hoc crimine seruandus ordo & processus ordinarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

& legam & vestigia eorum, quos æquius melius, & prudentius de latronculatorijs hinc locutus arbitrabor, Clarum, Borsium, Simancam, & alios præcipue Prosperum Farinacium insignem, non lætione tantum, sed & vsu, Iurisconsultum.

SECTIO I.

*An in hoc crimine seruandus
ordo & processus ordi-
narius.*



CONSTAT inter delictum, crimen, maleficium à iuris interpp. differentiam aliquã statui quæ tamen nostro instituto parum idonea est, ideo, vt solent etiam alij DD. h. ista pro iisdem nunc sumo & præsuppono fortilegi siue maleficii crimen esse publicum, mixti fori & commune: de quo, si à laico committatur, vterque iudex potest cognoscere, Ecclesiasticus & laicus: item esse crimen nominatum, siue ordinarium: eo sensu, vt habeat nomen certum, & etiam pœnam certam iure præfinitam: esse tamen crimen extraordinarium, & exceptum: eo sensu, quod in eo quædam obtinent peculiaritas & quod sub generali legis dispositione continetur, vt crimen læsæ Maiestatis, aut hæresis; ad quod cõstat maleficium pertinere, quæ est sententia DD. communis verissima: esse quoque crimen enormissimum, grauissimum, atrocissimum, quia in eo cõcurrunt circumstantiæ criminum enormissimorum, apostasiæ, hæresis, sacrilegij, blasphemix, homicidij: immo & parricidij sæpe, & concubitus contra naturam cum creatura spiritali, & odij in Deum, quib. nihil potest esse atrocius. Pendet quidem à iudicis arbi-

A trio pensare grauitatem delicti, vtrum sit atrox, vel atrocissimum: sed tamen debet iudex hoc arbitrium suum moderari ex circumstantijs delicti, quas optime explicat Prosper Farinacius: hic vero concurrunt non pauca, primo quod delictum est mali exempli & cuius noxa & cancer serpit, attestante experientia. Secundo solet nocturno committi tempore, quando minus sibi homines cauere possunt. Tertio committitur clam & proditoriè, siue per industriam insidiosam: cuiusmodi homicidia sunt grauiora. Quarto solent lædere eos, quibus sunt coniunctissimi: dominos, fratres, patres, liberos, coniuges, sodales, collegas, familiarissimos quosque. Quinto peccant ex consuetudine quadam delinquendi. immo quasi assidue: nã semper malũ aliquod machinantur, Diabolo incessanter eas stimulante, & quotidianum pensum exigente. adeo vt vel poculum vnum, vel vas aliud, si plus nequeunt, frangere cogantur, vt testantur Remigius & alij. Sexto quia delicto huic infligitur pœna atrocissima, nempe incendij. Septimo quia delictum hoc committunt animo plane deliberato, dolo manifesto, & (vt loquuntur practici) *appensate*: quod indicat perseuerantiam complacentiam in crimine.

D Secundo sciendum est, quod licet in pœnis irrogandis ampla sit arbitrandi potestas iudicibus concessa: tamen, siue grauisima causa nõ licet iudici pœnam à lege statutam excedere. (ratio quia iudicem magis commendat misericordia, quam seueritas, vt varij canones & leges docent *a*) nec etiam illi licet eam minuere, sed debet iuris rigorem hac in re sequi *b*. hanc esse Diui THOMÆ sententiam, & communem Iurisconsultorum indubita- tam bene probat FARINACIVS. *pract.*

*a*c. disciplina c. nã que c. vera iustitia c. licet 45 d. c. rex. c. regum. 22 q. 5. l. respiciendum l. hodie D. de pœn. *b*s. oportet. Auth. de iudic. de causis. de offic. de leg. c. licet de pœn.

crim. q. 17.

vide Bar. Tegeum pract. cri. p. 1. n. 2. & Tib. Decianũ tract. crim. p. 1. l. c. 1. & l. 2. c. 3.

vide DD. de l. a. c. si ad. delict. & Blachũ in pract. crim. §. vi. ff. de indic. vide DD. de accusa. l. vlt. c. de accusa. Prosperi Farinacii pract. crimin. q. 18. n. 60. de ex communi sententia iux. Clarum pract. crim. §. 1. Villall & Soar. in The. com. opin. de pract. crim. d. q. 18. n. 63.

crim. q. 17. num. 5. quin. 7. etiam docet ex
sufficenti causa posse iudices pœnas à
legibus indictas non solum minuere;
sed etiam pro suo arbitrio augere: &
hoc sensu omnes pœnas delictorū ho-
die, iuxta facti & personarum qualita-
tem; ab arbitrio iudicis dependere: id-
que etiam obtinere, quoad pœnas con-
suetudine vel statuto introductas: &
quando iudices iurarunt statuta obser-
uare: & quoad pœnas omnes tam prin-
cipales, quam accessorias; & in quouis
crimine, etiam hæresis. Quod intelli-
gendum ante sententiam: post senten-
tiam enim non potest iudex pœnam
augere vel minuere, nisi consulto Prin-
cipe: (excipitur crimen hæresis in quo
solo, reo ad fidem reuerso, potest sen-
tentia mitigari) & puto hoc obtinere
etiam maleficio, & praxis docet. sæpe
enim iudices quas damnarunt viuas
exuri, iubent strangulari vel decollari
(vt factum annis superioribus Stabu-
leti, in causa Ioan. de Vault). Intelligē-
dum secundo, de iudicibus ordinarijs
& maioribus, & non prohibitis hoc fa-
cere, & quando id non vergit in partis
præiudicium. dico *ordinarijs*, quia dele-
gatis hoc non licet: nisi ex causa dele-
gatis principium, vel maioris magistrat-
us, quia delegato suū tribuit arbitriū.
dico *maioribus*: quia minoribus magi-
stratibus id non permittitur, nisi con-
sultio principe, vel nisi causa quæ mo-
uet sit intrinseca & cohærens delicto.
Dico *non prohibitis*: quia si statutum ex-
presse id prohiberet, vel verba statuti
pœnalis imperatiue ad iudicem diri-
geretur, vel statuto alio caueretur: ver-
ba statutorum, vt iacent seu ad litte-
ram accipienda: non liceret pœnā mu-
tare. Dico *quando id non vergit in præi-
udiciū partis*: quia quādo pœna est applicā-
da parti læsæ, vel denunciati, &c. non
potest de hac pœna iudex detrahere.

c. c. vr cō
missi. s.
neenō. de
hære. in c.

A Denique iure communi hæc potesta-
pœnæ arbitrarie, sic limitatur: vt, li-
cet ex causa iudex possit pœnam mortis
ordinariam commutare in aliam mi-
tiores, tamen non possit mutare, in al-
iam mortis vel corporis pœnam (vt
puta pœnam ignis, in pœnam laquei,
vel flagellationis, vel mutilationis mē-
bri, vel triremium, aut similes corporis
afflictivas pœnas) sed debet commuta-
re in pœnam carceris; exilij, pecunia-
riam aut similes: de facto tamen & con-
suetudine plerisque in locis contrariū
contrarium constat obtinere, vt etiam
in alias corporis afflictivas: & quascum-
que mitiores pœnas, ex causa, commu-
tare soleant. Secuti in his sumus com-
muniores DD. sententias, vt patet ex
Farinacio d. q. 17.

C In his autem semper iudici velim
ante oculos esse illud extremum iudi-
cium supremi tribunalis, de quo sunt
sequentes rythmi veteres.

Iudicabit iudices iudex genera-
lu,

Neque quidquam poterit dignitas
Papalu:

Sive sit Episcopus, siue Cardina-
lu,

Rem condemnabitur, nec dicetur,
Qualu?

Ibi nihil poterit quidquam allega-
re.

Neque quid excipere, neque repli-
care,

Neque ad Apostolicam sedem appel-
lare.

Neque codicillos Casaris cita-
re.

Reus condemnabitur, nec dicetur,
Quare?

Cogitate miseri, quid vel quales
estis,

Quid

Quid in hoc iudicio dicere poteris.

Hic non erit Codici locus, nec Digestis.

Idem erit Dominus, iudex, actor testis.

His suppositis ad questionem respondetur, non arctari in hoc crimine iudicem ad priscas solemnitates, neque ad ordinem illum publicorum iudiciorum antiquum, quem exoleuisse scribit Paulus I. C. *d* sed tamen teneri sequi eum ordinem iuris, qui æquitati naturæ consentaneus est: eum præterea, quem in criminibus privilegiatis siue exceptis, iura communia & particularia locorum præscribunt: quem qui turbet aut negligat, eius iudicialia acta nulla forent: licebit tamen iudici recedere à communialiorum criminum praxi, in hoc delicto vindicando: quatenus peculiaria quædam hoc crimen exigit, de quibus postea. atque ita censeo conciliandas contrarias quorundam Iuristarum sententias, non satis distincte loquentium.

SECTIO II.

Quomodo inquisitio in hoc crimine instituenda?

Inquisitionem voco (ut solent I. C.) delicti informationem iudicis officio & auctoritate factam: ea vel est generalis, quando iudex in genere, querit quis sit delicti commissi auctor vel socius: vel specialis, quando inquit in personam certam, de cuius delicto certior factus fuit per accusationem, vel per denunciationem, vel alium modum. Ut autè valida sit inquisitio specialis (nam ut generalis sit valida, sufficit commissum esse crimen tale, quod

A sine socijs committi non solet) docet Farinacius *h* (qui optime hanc materiam prosequitur (requiri sequentia: primo, ut in genere saltem constet delictum esse commissum quod intellige quoad ea peccata: quæ in actum & perniciem externam eruperunt, debet enim constare segetes corruptas, infan- tem occisum &c. quoad peccata vero intellectus: ut hæresim: vel voluntatis, ut pactum cum Diabolo, comessationes, concubitus cum diabolo & huiusmodi difficillimæ indagations, non solum potest inquiri contra eas, licet non constet de corpore delicti: sed etiã sunt condemnandæ, si duntaxat dicat se ad conuentum delatas, ut bene *Ann. l. Albert. de agnos. assert. Cathol. & hæret. q. 25. & Farinac. q. 2. num. 26.*

B Secundo ut præcedat aliqua saltem accusatio, quod etiam iure Canonico obtinere verius est: sed huic hodie conditioni, generali consuetudine derogatum est. reputatur enim inquisitione remedium ordinarium, & in omnibus delictis potest ex mero iudicis officio citra accusationem vllam insti- tui: sed semper tamen necesse est, ut ad- sint alia aliqua loco accusationis, ut puta denunciatio, fama, vel indicia, de quibus statim.

C Tertio requiritur quoad formam ut inquisitio sit certa, specifica & clara, ita continens delicti qualitates & circumstantias, ut per eius incertitudinē: generalitatem, vel obscuritatem non tollatur reo defensio. l. ideo debet in ea explicari locus & tempus scilicet non dies nisi citra calumniam, ex iusta causa, id reus petat, & iudex diē sciat (sed annus ac mensis, commissi delicti, ex sententia veriore & communiore a quo ad inquisitionem specialem: nam quo ad generalem verius est, hanc expressionem loci & temporis non re-

h pract. crim. q. 1. cum seq.

i c. forus § iudicium de verb. signi.

Clarus d. q. 3. Men. conf. 160. & Gomez. variat. re- sol. t. 3. de delict. c. 1. n. 49. Cla- rus d. q. 3. § sed certe Decia. conf. 18. & alij.

h libello rum. D. de accus. Vulpellus resp. crim. 1. Bosuius de inquis. n. 75.

* Menoc. conf. 10. Olaus. conf. 64. & 66. De- cian. cõf. 18.

Tttt

quiri:

l. 3. D. de pub. iudic. l. 16. C. de pan.

Bodini in Demo. tom. 1. 4. & Godelman. de la. tit. 1. 3.

l. 1. Cl. pract. cri. q. 3. Dam. haud. tit. de inqu. f. ca. 8.